



Q. D. B. V.

DISSERTATIO  
DE  
SCOTATIONE DANICA.

---

§. I.

**M**odi acquirendi dominium diuiduntur ab origine sua: nam alii ex ipso iure naturae et gentium fluunt, et inter omnes omnino gentes vigent, alii ex solo iure ciuili promanant, et hinc plerisque gentibus vel ignoti sunt, vel aliter se habent. †

† Sic non omnes gentes sciunt vsucapionem et longi temporis praescriptionem, vel saltim eodem modo eam non obseruant ac Romani, qui ad rei mobilis triennium, decennium ad rei immobilis praescriptionem inter praesentes; vicennium inter absentes requirebant. Contra omnibus gentibus communis est modus acquirendi per traditionem; *quid enim, in-*